

M. P. C. P.

Valentini Bechani Gon
in April 1618
Francofurti us Vibra

36

Σω̄ Θεῶ
QUÆSTIONUM THEOLOGICARUM EX EPITOME FOR-
MULÆ CONCORDIAE
DECAS IX.

DE
CEREMONIIS
ECCLESIASTICIS,

PRÆSIDE

POLYCARPO LYSERO

SS. Theol. Licentiato & Profess.

Extraordinario.

RESPONDENTE

M. FRIDERICO LYSERO

Brunsvigâ-Saxone. *[Leysen]*

Disputabitur ad diem 10. Julij horis
pomeridianis.

VITTEBERGÆ,

Excusa à Joh. GORMANO, Anno 1611.



M A G N I F I C A,
REVERENDA, CONSULTISSIMA,
DIGNITATE, PRUDENTIA, AUTORITATE
P R A E C E L L E N T I S S I M I S

Dn. ANDREÆ OSIA ND RO,
S.S. Theologiæ Doctori & Professori
INCLUTAE ACADEMIA ETUBINGENSIS
Cancellario, ejusq; Ecclesiæ Præposito,

Dn. LEONHARTO KÖPPE-
LIO, J. U. Doctori.
ILLUSTRISSIMO ELECTORI SAXONIAE
à consilijs Appellationum & Ecclesiasticis,

Patruo, Adfini & Patronis meis colendis
summè, perpetim.,

Disputationem hanc Theologicam.

D. I. C. O.

MG. FRIDERICUS LYSERUS
Brunsuviga-Saxo.



DISPUTATIO IX.

Ex Epitome Formula Concordia,

CEREMONIIS ECCL^{ESIASTICIS}.

Quæstio I.

Quid sunt Adiaphora?

THESS. I.

Dou levis momenti res est controversia Adiaphoristica; ut multi putant: cum constet ex Actis cap. 15. quod primum in Ecclesia Novi Testamenti, idque Apostolicum Concilium, maximam partem propter hanc ipsam convocatum & celebratum sit.

I. Quam atrox etiam & diuturna inter Augustane Confessionis Theologos concertatio de ceremonijs & ritibus Ecclesiasticis, præcipue quoad usum eorum legitimum orta sit, libri Patrum memoria editi satis testantur.

III. Variè autem appellantur à Scriptoribus Ecclesiasticis: Basilius vocat μόνα quasi οὐ μέσω κάτιεν, interprete Nazianzeno, quod nec mandata, nec prohibita, nec bona nec mala: Chrysostomus Adiaphorę nominat, quia bonis & malis communia, & per se conscientiam pertinentis non afficiunt.

IV. Pontificijs, nec contra Scripturam θρησκούς dicuntur, respectu cause efficientis & modi, quo ad nos pervenerunt. Vulgo dicuntur Ceremoniæ vel ritus Ecclesiastici, id est, gestus & actiones externæ, quarum

quarum partim in administratione sacerorum publica, partim in privato
divini cultus exercitio usus est.

V. Sunt verò Adiaphora, actiones externæ ab hominibus
excogitatæ, mediæ liberæ & non onerosæ, ordinis & decori
gratia ad ædificationem Ecclesiæ institutæ.

VI. Actiones dicimus; sunt enim tria actionum genera; scilicet,
mandata, prohibita & media, quæ nec mandata nec prohibita, ideoq.
in se non bona nec mala sunt.

VII. Autor autem harum actionum non Deus in verbo suo, sed
homines sunt, sive Ecclesia: licet enim in genere in verbo Dei compre-
hendantur, tamen in specie, & expresse in eo non inveniuntur, alias non
humanis sed divinis accenserentur traditionibus.

VIII. Naturam quod attinet & eam paucū definitio explicat. Re-
quirit enim 1. Ut sint actiones mediæ, quæ sine peccato servari possint; hoc
enim si non esset, prohibitæ essent: 2. Liberæ, quoad observationem &
omissionem: necessitas enim naturam Adiaphoriarum actionum impa-
gnat.

IX. 3. Non onerosæ; moderatio adhibenda, ne sint nimia illæ cere-
moniæ, & servilibus variorum rituum oneribus Ecclesia prematur. Semper
enim judicatum fuit, Ecclesiam, quo simpliciore utar rituum modo, et à
apostolicæ conformiorem esse.

X. 4. Utiles, non quidem ad salutem, alias enim necessariae essent: Sed
1. ad τέξιν, 1. Cor. 4, 40. ut ordinatè omnia fiant: ordine autem sunt
res, cum suo quæque loco & tempore fiunt, & à personis idoneis. D. Mylius.
Ex hoc ordine fuit pax & tranquillitas Ecclesiæ, quam omnes conservare
debet.

XI. 2. ad εὐχημορφίαν, 1. Cor. 4, 40: quæ non theatrica vel Re-
galis debet esse, ut Pontificij delirant, sed ad gravitatem composita, ut
externis ritibus ostendatur, quid de interno religionis cultu sit sentien-
dum.

XII. 3. ad ὁμοδοκεῖν Ecclesiæ, 1. Cor. 14, 26. ne infirmos in hoc ge-
nere rerum offendamus. vel conscientijs loqueos incerti ponamus. Hac
enim definitionis explicatio.

QUESTIO XI.
Suntne Adiaphora cultus divinus aut ejus pars?

13. Ritus

XIII. Ritus Ecclesiasticos pro lege tenendos, Augustinus ad Casul. Presb. scripsit; ideoq; à Pontificijs pro cultu immediate & per se Deo placente habentur.

XIV. Sed repugnat hoc natura Adiaphorum; immo ipsis cultibus divinis.

XV. 1. Adiaphoron, medium quid est, nec mandatum, nec prohibitum: Cultus vero divinus mandatus est a DEO, & quidem in Decalogo, qui ostendit, quae opera facienda, ut placeant DEO.

XVI. 2. Adiaphoron Liberum est servatu & omissu: Cultus vero divinus omnino necessarius, adeo ut sine peccato mortali omitti nequeat, habet enim expressum Drei mandatum, quod qui violat, peccat.

XVII. 3. Adiaphoron utile quidem debet esse, sed non ad salutem: Cultus vero divinus necessarius est ad salutem, non quidem promerendam aut conservandam, (LUC. 17, 10. cum omnia feceritis, dicite servi inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus) sed demonstrandam & alijs patens ciendam.

XIX. 4. Adiaphoris frustra DEUS colitur Matth. 15, 9. immo non tantum frustra colitur, sed etiam ignominia afficitur, si scilicet opinio cultus accedit: sic enim Theophylactus super illum locum Matthaei: Frustra colunt, & putant se colere DEVM, qui per opera illum dehonorant. Et Paulus hoc respectu ea seductionum loco habet Coloss. 2, 18.

XIX. Si ergo etiam Socrate teste, unusquisque DEVS sic cotendus est, quomodo seipsum colendum praecepit: utique cultus rationem divini non habebit, quo se coli DEVS ipse negavit.

XX. Nihil tamen hic detractum volumus Adiaphoris, sed vitiositatem in usu eorum monstramus: Adiaphorum enim bonitas & vitium ex usu demum elicetur: bona ergo sunt, si bonus est usus; mala, si vitiosus. Opinio autem cultus si adiaphoris assingitur, vitiosus ipsis usus tribuitur, quis facit, ut non amplius sint adiaphora licita, sed prohibita & damnata.

XXI. Etsi vero cultus divinus non sine, versantur tamen circa cultum, cui ancillantur & cultores; quia faciunt ad bonum ordinem, & excitandam virtutem; Preparatoria ergo est, quaecunque in rebus istis suscipitur exercitatio.

QVAE.



Quæstio III.

In numerum né Adiaphororum pónenda
sunt, quæ ab Adiaphoristis in illum
sunt relata?

XXII. Ea est Diaboli astutia, ut cum aperte marte Ecclesiam va-
stare ne queat, intestinis excitatis dissensionibus, gravissimos motus cōcitet,
Doctores inter se committat, ut qui veritatis defensionem & propagatio-
nem unā cum alijs suscipere debeant, odīs immānissimis illos prosequantur,
calumnijs & mendacijs onerent, & apud imperitos suspectos reddant.

XXIII. Tristissimum hujus rei exemplum vidi mis in bello Adiaphori-
stico; quod diu graviterq; Ecclesiam nostram exercuit, tantumq; ei vulnus
infelix, ut annū benē multis sanari haud potuerit.

XXIV. Occasionem verò ei prabuit Sphynx Augustana IN-
TERIM dicta, Anno Christi 1548. enata, fraudibus plena, pieta-
tū tamen specie induita, ut ab ijs, qui obiter illam perlegerent, fucus ille non
faciliè agnoscī & deprehendi posset.

XXV. Primarius ejus quidem autor Cæsar erat, cui tota Religio-
nis causa à statibus imperij permissa erat; sed is negotium, hunc librum com-
ponendi dedit quibusdam Theologis, numero quidem paucis, in religione
verò dissidentibus.

XXVI. Erat enim Michaël Sidonius Papista acerrimus; Jo-
hannes Agricola Islebius Lutheranus & quidem uti videri volebat,
constantissimus: Hos inter medius erat Julius Pflugius Neutralis, qui
nec à Lutheranorum, nec Pontificiorum partibus candidè stabat.

XXVII. Inter hos ergo ut tandem conveniret, alter alteri aliquid
concederet, necesse fuit: vera ergo falsis miscabant, quisq; sua dogmata so-
phisticè & insidiosè infarciebat, & cothurnum consiciebant.

XXIX. Liber hic Cæsari, ut oblatus esset, statim Ordines Im-
perij convocavit, librum exhibuit, & ut usque ad Concilium secundum il-
lum pacifice viverent, neque quicquam contra illum molirentur aut scriba-
rent, severè mandavit.

XXX. Cæsarium Mauritius Elector, cum Cæsari in omnibus
in quibus pie & bona conscientia posset, obsequi vellet & cuperet, rem omnem
cum suis communicat, & cum primis Theologorum censuras & judicia in-
quirit.

30. Hb

X X X. Hi sum timidiiores, varijs in locis convenient, & de Adia-
phorum usu multis disputant, de Libro quoq; interimistico judicium suum
exponunt, quem neq; in totum rejiciebant, neq; prorsus approbabant, me-
diam ingressi viam, quam putabant tutissimam.

X X X I. Protestabantur quidem in doctrinalibus, se non posse vel tan-
tillum redere, in Adiaphoris verò se non detrectare aliquam servitutem,
quæ expers esset impietas; hac spe, ut bellum hoc modo averteretur, & me-
diocris Ecclesiæ status retineretur.

X X X II. Hoc etiam fuso, quod in Adiaphoris tantum cessio aliqua
fieret multos incautiores dementabant, & exaggeratione periculi, quod
scholis & Ecclesiæ nostris imminere putabatur, timidiores terrebant, &
quod volebant & suadebant, facile obtinebant.

X X X III. Sed quænam quæso & qualia sunt illa Adiaphora,
quæ in gratiam Interim suæ mutata, vel recepta? Maximam partem il-
licita, hoc est, Impia, blasphemæ & superstitione: imo non tantum Adia-
phora, sed etiam præcipua Religionis capitula fuerunt conspurcata & labe-
factata hac turpi & Theologis indignæ cessione: Principalia notabimus.

X X X IV. In Religionis capitibus. 1. Justificationem
præcipue fidei ascribunt, ut aliquid bonis operibus relinquant; Acta Sy-
nod. V. i.

2. Bona opera etiam ad salutem necessaria statuunt. K k 3.
3. Liberum aliquod Arbitrium homini tribuunt in sui convercio-
ne, aliquam scilicet voluntatis actionem. I i. 3.

4. De Sacramentorum numero nolunt cum quoquam rixari.

Gg i.

5. Confirmationem doceri & servari volunt & ad hanc utilem
ceremoniam instaurandam sua sponge parati sunt. S. s. 2.

6. Partes Pœnitentiæ sive Carnificinae Pontificiorum haud obscurè
approbat. T y 2.

7. Misericordiam, horrendam illam abominationem, in oppidis singulis die-
bus fieri deterunt. T t. s.

8. Unctionem licet in huic terris multis jam annis in usu non fuit, u-
surpare licere consulunt. T y 2.

9. Ordinationem ministrorum ab Episcopis petendam, & ministros
pœnititorum ceremonijs ordinari debere judicant. T y 2.

10. Tandem Pontifici Romano Antichristo primatum resi-
tuunt,

euant, sub conditione tamen vix possibili, si sanam doctrinam & veros Deit
tulsi non persequatur, s. 3.

XXXV. In Adiaphoris restituendis valde etiam liberales erant
cum temporis Theologi:

1. Salis usum in baptismate concedebant, modo non exorcisari sa-
lis. Tt. 4.

2. Cereum usurpare volebant, et si apud illos in usu non erat. Tt. 4.

3. Baptismum una cum alijs pietatis Christianae Veteribus cere-
monijs usurpandum se docere velle promittebant. Ty. 1.

4. Ideo de confirmatione sentiendum, ut videlicet manuum im-
posilio, pie preces & ceremoniae usurpentur. Ty. 1.

5. Ceremonias in Missa usitat as adhibendas esse st. cnebant, Ty. 2.

6. Inter Festa solenniora referebant; Festum corporis Christi, &
Festa Virginis Mariæ, quorum nonnulla manifestè Idololatrica. Ty. 3.

7. Quinta & sexta die Hebdomados, in jejunio etiam Quadragesi-
mæ à carnis abstinendum, & hanc ut politicam constitutionem ad
mandatum Cesaree Majestatis servandum putabant Ty. 4. quia eus car-
nium vetatio benè ferri posse. S. 3.

XXXVI. Et hi sunt præcipui flosculi & etia Paradoxa Adia-
phoristarum, quibus præcipios articulos horribiliter corruerunt, mani-
festè impia reduxerunt, & foedissima collusione cum hostib[us] inita verita-
tem Evangelij prodiderunt.

XXXVII. Deceperant optimum suum Principem Maurici-
um, cui, sic fatentibus ipsis in Actis Synod. Cc. i. omne negotium de A-
diaphori tantum fuit: sic ergo præcipiorum Articulorum corruptelas titu-
lo Adiaphororum Princi & Ecclesiæ commendare non erubuerunt.

XXXIX. Et licet sepius admonerentur, ab incepto ut desisterent,
nec à puriore doctrina tam periculose exorbiarent; nullum tamen errorem
agnoscere volebant, sed paradoxa sua palliabant, fucabant & mordicus de-
fendebant.

XXXIX. Ex hac concertatione bellum hoc Interimisticum-
enatum, diuturnum illud & satis pericolosum, de quo in sequentibus plati-
bus.

Quæstio IV.

An Adiaphora nullo modo necessaria sed
simpliciter indifferentia sint?

Pont.

X L. Pontificij necessitatem Adiaphoris affingunt tamq; simpli-
cem, siquidem cultus rationem habere, statuunt, ut Quæst. 2. vidimus.

X L I. Hinc Victor Pontifex Romanus, Asiaticas Ecclesiás Pa-
scibatis iudeis retinente diem, neque Romanum observantes, excommu-
nicandus esse censuit. Scilicet secundum illud Pauli ad Col. 2, 16. Neim
dos judicet in parte diei festi, aut Neamenie aut Sabborum.

X L I I. Inveniuntur alij, qui hanc adiaphorian nimis laxè interpretan-
tur, & licentia inde extrahit, quasi sine ulli exceptione, quoties & quome-
do libet, ceremonias usitat as vel omittere vel usurpare liceat sine peccato.

X L I I I. Verum dupliciter considerari possunt Adiaphora, vel sim-
pliciter & per se, vel Relatè & per accidens.

X L I V. In se & per se considerata Adiaphora, libera sunt & muta-
bilia; quia res mediae sunt & liberæ, servari scilicet & omissu.

X L V. Per accidens vero quandoque res per se media mutant suam
naturam & aliquo modo obligant, ac sunt necessariae.

X L V I. Id vero 1. vel ratione temporis, quando ad tempus tol-
eratur, quod successu temporis abrogatur.

X L V I I. 2. Vel loci, apud diversos enim populos variat natura re-
rum Adiaphorarum; moribus autem illorum, quibus cum versamur, accom-
modare nos decet, ne scandalum alijs demus.

X L V I X. 3. Vel Personarum: apud infirmos enim toleratur, quod
non fertur inter confirmatos; & hoc pertinet illud, 1. Cor. 10, 22. Omnia
mihi licent, sed non omnia expediunt &c.

X L I X. 4. Vel legitimi mandati, quando id quod medium est le-
gitime vel præceptum vel prohibitum est. Etsi enim in libertatem vocati
sumus Gal. 5, 13. tamen obedientia Magistratui Politico & Ecclesiastico de-
bita, hac libertate non sublat a est.

L. Si quid ergo in se adiaphoron, ob edificationem tamen ab illis præ-
ceps vel prohibitum; non pro lubitu faciendum & omittendum. Esi enim
illi conscientiam propriè non ligant: ordo tamen & laudabilis constitutio
violari sine lesione conscientiae non potest.

L I. Et hac obligatio vel necessitas, neq; Apostolis, neque Spiritui Sancto
displacuit, cum in Ecclesia primitiva suffocari & sanguinis necessariam ab-
stinentiam constituerunt, Act. 15, 20.

L II. 5. Vel casus confessionis. Ceremoniae enim quando sunt pars
Confessionis, (Confessio enim consistit non tantum in dogmaticis, sed etiam

adiaphorici, ut consertationes Pauli testantur) non amplius sunt Adiaphora : quia in casu Confessionis nihil est Adiaphoron.

Quæstio V.

Ergo mutare non licet Adiaphora ?

L III. Si necessitas simplex statueretur Rerum Adiaphorarum, pro qua Pontificij dimicant, utique mutatio nulla concederetur ; Verum quia necessitas, quæ admittitur in Adiaphoris, erit ex accidente, respectu diversarum circumstantiarum, his mutatis vel sublatis, tollitur euā omnis necessitas.

L IV. Verissimè ergo Concordia ait p. 615. Credimus, docemus & confitemur, Ecclesie Dei, ubivis terrarū, & quocūq; tempore licere pro re nata, ceremonias tales mutare, juxta eam rationem, quæ Ecclesie Dei utilissima, & ad adificationem ejusdem maximè accommodata judicatur.

L V. Assertionis hujus has damus rationes 1. In libertate, qua Christus nos liberavit, standum, nec iterum jugo servitutis nos subjicere debemus Gal. 5, 1. Sed Christus non tantum nos liberavit à maledictione Legis, & aeterna damnatione, sed etiam simpliciter à ceremoniali lege, quæ ad Christum usq; durare debuit Matth. 11, 13. Dan. 9, v. ult. Et Paulus ad Ephesios 2, 14 dicit, illas Leges, quæ faciebant disrimen inter Iudeos & gentes, esse abrogatas & interstitium maceris dirutum: cuius abrogationis manifestum testimonium est ipsa destruētio templi, quæ ideo facta, ne existimat ritus esse necessarios. Ergo in illa libertate standum.

L VI. Nec est ut excipiant, de Iudeorum ritibus hic agi, non Christianorum : Respondemus enim, Pontificiorum ceremonias Iudaismo accommodatores quam Christianismo, inquit ex illo mutuatas. Et cum in genere ceremoniarum necessitas collatur, & quæ hoc ratiō nostro militat tempore, quam tempore Apostoli Pauli & Ecclesie primitiva.

L VII. Nemotamen largius hinc concludat, omnem ceremoniarum usum à Scriptura ibi locorum sublatum : contrarium enim Epistolæ Pauli testantur, cum primis quando ordinem & decorum in congregationibus Ecclesiasticis observandum monet, 1. Cor 14, 40. Necessitas ergo & onus multitudinis rituum sublatum; ipsi ritus non omnino damnati.

L IX. 2. Qui dies observant & menses, de illis metuendum, ne forte frustra audiverint Evangelium. Gal 4, 10. Sez qui mutationem ceremoniarum non concedunt, sed ne essariam observationem urgent, illi dies & menses & alias ceremonias observant. Ergo.

59. 3. 56.

LIX. 3. Si Sabbatum Iudeorum, à Deo praecepit, mutari potuit, idem Dominicum, quidam etiam reliqua ceremonia talis subirent mutationem. Expressum id habemus Col. 2, 16. Nemo vos judicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut neomenie.

LX. 4. Qui habet potestatem aliquid instituendi, si quoque potestatem habet id ipsum rursus abrogandi. Ecclesia potestatem habet ceremonias instituendi. Ergo. Exempla non defunt.

LXI. Apostoli abstinentiam sanguinis & suffocati, Act. 15, constituerunt, cuius usus hodie in toto orbe Christiano exolevit. Eosdem Trinam immersionem in Baptismo instituisse, antiquitas tradit, sed & haec remonia, sicut & alia multa in usu jam esse desierunt.

LXII. Rituum ergo has certa manet conditio, ut liberam habeant observationem, & pre re nata mutari possint.

Quæstio VI.

Sed à quibus & quomodo hæc mutatio
instituenda?

LXIII. Certum est illius esse mutare & abrogare ceremonias, cuius est instituere: Hoc verò Ecclesiae ascribitur. Ergo & illud.

LXIV. Errant ergo Calviniani, quando magistratui politico potestatem liberam ceremonias suo arbitrio obrudendis aus abrogandi concedunt. Non enim Ecclesia ex solo magistratu constat, sed etiam ex Pastori- bus & Auditoribus. Est sane nutritius Ecclesiae, & custos etiam prima tabulae prius Magistratus, sed non Dominium propterea ei conceditur, verum Ministerium Ela. 60, 12. &c.

LXV. Suscepserunt etiam emendationem religionis pŷ Reges in Veteri Testamento, sed non ipsi soli, verum Prophetarum opera & studio id perfecerunt.

LXVI. Quod ergo omnes tangit, ab omnibus unanimiter suscipiendum, ita tamen ut ordo observetur, hoc est, primæ tribuantur Ministerio Ecclesiastico, est enim res Ecclesiastica: Secundæ Magistratui, qui executor est: tertiae populo, qui iudicat etiam & approbat. Totius ergo Ecclesiae est mutare Adiaphora.

LXVII. Duplex autem Ecclesiae est status & conditio: alias enim tyrannide hostium veritatis pressa est, in quorum gratiam nullum Adiaphoron abrogandum vel recipiendum, ut sequens quæstio docebit.



LXIX. Alijs libera est, & suo jure omni ex parte utitur, atque tam
pro luhitu & arbitratu suo potest, vel non potest mutare, abrogare, retinere
ceremonias.

LXX. Sed in tali mutatione duo attendenda: Modus & Finis.

LXXI. Modus non sit viciosus, hoc est, non Calviniano more Refor-
matio templorum & ceremoniarum bipenni instituatur; sed verbo DEI
ita ut Libertatis Christianae cum primis ratio habeatur.

LXXII. Ergo sunt ceremoniae, que vitium contraxerunt, initio viti-
um ex verbo DEI removendum, & ex animis hominum extirpandum; de-
inde si consultus Ecclesia videbitur, ipsa ceremonia antiquanda; vel si nihil
mali hinc metuendum, liberè retinenda.

LXXIII. Ex fine etiam de actione judicium fit: cavendum ergo ne
mutatione vel receptione ordo & decorum Ecclesiae turbetur, vel infirmio-
res in fide turbentur.

LXXIV. Quando enim mecum ut abrogatio infirmiores offendat, aut
Ecclesiam turbet, aut paucorem religionem nostram multis suspectam red-
actet, salius est, ut talis abrogatio omnino intermitatur. D. Hutterus.

LXXV. Quowq; etiam infirmis in fide, in usu rerum istarum exier-
tarum, bona cum conscientia cedere possimus; Apostolus Paulus per spiculam non
modo verbis, verum etiam suo ipsius exemplo docuit, in Epistola ad Romanos
& Corinthios.

QUESTIO VI.

Num verò tempore persecutionis vel edendæ
Confessionis, in gratiam hostium talis
mutatio concessa?

LXXVI. Ad hanc questionem ita respondet nostra Concordia p. 615.
Credimus, docemus & comprehemus quod temporibus persecutionum, quando
perspicua & constans Confessio à nobis exigitur, hostibus Evangelij in rebus
Adiaphoris non sit cedendum.

LXXVII. Malè ergo fecerunt Theologi illi, qui tempore Interim
ceremonias abrogatas, & maximam partem impias, postulantibus & ur-
gentibus adversariis, in usum revocarunt: cum constaret palam & omnibus,
hoc suisse adversiorum consilium, ut haccesse facta paulatim, at occulere
sinceram doctrinam oppugnarent, & falsa sua dogmata Ecclesie Augustanæ
Confessionis denuò obtruderent.

77. Thea-

LXXVII. Thesis autem Concordie quatuor argumentorum genera
confirmant.

LXXXIX. 1. Dicta Scripturæ clarissima, quæ societatem & com-
merciuum eum ejusmodi hominibus expresse & severè prohibent. Sic enim
Apostolus Gal. 5,1. Quia libertate Christi vos liberavit, state, & nolite
iterum iugoservitio subjici. 2. Cor. 6,14: Nolite jugum ducere cum ini-
ficibus: quæ enim societas luci cum tentbris &c.

LXXXIX. 2. Rationes ex Scripturis petitæ: 1. ab omni mala ghe-
cie (qualis est tollusio cum adversarijs) est abstinendum. 1. Thessal. 5,22.
2. Scandalæ sunt summopere vitanda; Matth. 18, 7. 3. Veritas Evange-
lij defendenda Gal. 2,5. 4. Christiana libertas afferenda, Gal. 5,1. 5. ne-
cessitas ceremoniarum, ut jugum intolerabile, non admittenda, Act. 15.
6. Confessio ingenua omnium articulorum, & sic quoque libertatis Chri-
stianæ edenda, Matth. 10,32. 7. Persecutionibus non est ansa præbenda:
qualem præbuit confessio illi intempestivæ ut maledicorum gemitus & lacryma
demonstrarunt.

XXX. 3. Exempla evidenterissima, Pauli, qui adversarijs ne ad ho-
ram quidem cessit subjectione, in admittenda circumcisione re Adiaphora;
Gal. 2,3. 4. &c. Danielis, qui non cessit etiam regio edicto, sed aperte fe-
nestrans preces ad DEV M fudit. c. 6, 10. Eleazari. 2. Maccab. 6.

XXCI. 4. Autoritate non contumendæ præclarissimorum Theo-
logorum, qui Augustane Confessioni verè sunt addicti; tum etiam Articu-
lorum Sinalcaldicorum, ex quibus testimonia citat nostra Concor-
dia p. 794. Quibus subjungit autoritatem B. Lutheri, qui plane in can-
dem sententiam mentem suam de proposita quæstione aperuit. Concordia
pag. 796.

XXCII. Neq; sufficie quod dicunt; magis ex re Ecclesiæ aliquam ser-
vitutem, quæ expers impietatis est, ferre, quam totas Ecclesiæ deserere.

XXCIII. In casu enim Confessionis hoc omnino negamus magis
expedire: deinde servitum & libertas, stare simul nullo modo possunt aut
debent: tertio, num confessio hac expers impietatis fuerit, judicent omnes, qui
judicare possunt, ex Quæst. 3.

XXCIV. Tandem officium nostrum requirit, ut piam & ingenuam
Confessionem edamus, & ea patienter feramus, quæ Dominus nobis ferenda
emposuerit, & hostibus Verbi DEI in nos permiserit. Concordia p. 615.

B 3.

QVAE

Q U E S T I O . IX.

An Exorcismus sit ēn τῶν ἀδιαφόρων & cuius abrogatio concedenda?

XXCV. Bello Adiaphoristico, occasione Libri Interim enato, vix sedato; aliud exercuit has nostras Ecclesias Saxonicas, cuius Cryptocalvinistæ autores fuerunt.

XXCVI. Cum enim religionis mutationem statim in his regionibus instituere se posse desperarent; Adiaphori bellum indecebant, imprimis vero Exorcismo infensi erant, quem ut impium, superstitiosum & Papisticum abrogatum & exterminatum volebant.

XXCVII. Ceterum impium nemo diceret Exorcismum, qui scit, quid Ecclesia, à qua institutus, hac ceremonia velit, & cur adhibeat illam. Non quasi vis quedam magica & singularis efficacia in verbis lateat; sed vult esse unum ex figuris commonefacentibus de doctrina.

XXCIX. Adhibetur enim propter amicos & inimicos. Propter amicos, 1. ipsum baptizatum, qui certus esse debet, se à potestate Satanae liberatum. Patrinos qui indubitata fidei πληροφορία Satanae & operibus ejus renunciare debent. 3. Ministros, qui discant, quanta potestas illis concessa, ut Satanam ejicere possint è corde hominis, quod magis quid est, quam corporaliter obsecum, à Satanae tyrannie liberare. Etsi enim verba quibusdam sonare videntur corporalem obsecutionem; illi tamen sciant, non in legendō sed intelligendo Exorcismum consistere, non in verborum solijs, sed sensu rationis: ut eruditè explicat Chemnitius, parte 3. L.C. p. 391.

XXCIX. Propter inimicos,, Anabaptistas & Sacramentarios, qui statuunt infantes esse natura sanctos, nec sub potestate Satanae: cum tamen sint filii iræ, in regno Satanae, & nisi baptizaretur, aternū perirent.

XCI. Exorcismus ergo Ecclesie inventum cum sit, adiaphoron etiam erit: & propterea sicut Ecclesia potestatem habet tales ceremonias mutandi & pro re nata abrogandi: ita hodieque potest Exorcismum antiquare.

XCI. Cur ergo tam acriter restiterunt nostrates Theologi crypto Calvinistis abrogationem ejus urgentibus. 1. Ecclesia non libera erat, sed pressa tyrannie Calvinianorum: Ergo mutatio illa licita non erat. 2. Abrogatione illa infirmiores graviter offendebantur;

debantur; non autem ponendum offendiculum fratri Rom. 14, 13. 3. Ecclesia mirè turbabatur, id quod historie illius temporis testantur. 4. Calviniani sub hac abrogatione falsorum dogmatum incrustationem, & dominium in nostras Ecclesias quarebant.

XCI. Erat ergo casus Confessionis, ubi ne ad horam quidem cedendum subjectione adversarijs, sed libertas, ad quam vocati, fortiter descendenda fuit.

QuAESTIO IX.

Quid de Adiaphoria Pontificiorum statuendum?

XCI. Rectissimè quis verbis Christi Pontificios alloqueretur: Quare vos transgredimini mandatum DEI, propter traditionem vestram, Matth. 15, 3. Vere enim majoris estimant, & magis etiam obligare putant, Papæ somnia & constitutiones, quam divina mandata.

XCV. Sumamus locum de Sacramentis: Baptismus & Cœna Domini sunt Sacra mentia à Christo instituta: his quinque adjungit Pontifex pro autoritate, qua valet in Ecclesia, summa: Ea divinū institutis æquat, Concilium Tridentinum Sess. 7. Can. 1. mox Can. 3. in sublimiorem dignitatis gradum extollit, & supra Sacra mentia à Christo instituta collocat. Quia scilicet Papa potest in terra, quod DEVS in cœlo, in eo etiam plus potest, quam ipse DEVS.

XCVI. Similiter Can. 13. statuit, si minister quid ex Pontificijs ritibus, in solenni Sacramentorum administratione adbiberi consuetis omittat, etiamsi formam institutionis divina legitimè servet, atrociter eum & mortaliter peccare: Econtra, si minister tantum Pontificijs ritibus servit, etiamsi Cœnam Dominicam una sui parte mutilet, totam actionem Sacramenti in diversum genus sacrificij transformet, nihil quicquam peccare, sed culcum Deo gratissimum prestare. Et tandem summa eō redit, ut in administratione Sacramentorum, major habeatur ratio rituum, qui ab hominibus inventi & recipi quam ceremoniarum, quae ipsa Filij Dei voce instituta & mandata sunt, Chemnitius part. 2. Exam. Conc. Trid.

XCVII. Nulla ergo vere Adiaphora apud Pontificios invenire licet: quia quæ ab illo ut Adiaphora proponuntur: Nec sunt media, quia maximam partem verbo Dei contraria, vel certè opinione cultus, miriti & necessitatis conspurcata & illicita redit.

97. Nee

XCVII. Nec sunt libera, quia sine peccato mortali omitti non possunt. Libera quidem sunt Pontifici, qui pro lubitu mutare potest, sed hic post obligat Ecclesiam, ut omissione fiat peccatum.

XCIIX. Multo minus non sunt onerosa, multitudine enim ita obruunt suos auditores, ut propter illa verbis Dei negligatur, Sacramenta concinnantur, & in ijs meritum vite eterna collectur.

Q U A S T I O X.

Quid de Adiaphoria Calvinianorum statuendum?

XCIX. Et hi sunt cœci Duces, excolantes culicem, & Camelum deglutiens Matth. 23, 24. Vbi enim Adiaphoria est, ibi vel mandatum vel interdictum singuli: contra, ubi mandatum expressum habetur, ibi Adiaphoriani admittunt.

C. Demonstrabimus id in loco de Sacrementis: Aqua in Baptismo vi verborum Christi necessaria; sed Beza in defectu alio etiam liquore baptizare permittit. Panis & vinum, Corpus & Sanguis Christi, materia sunt Sacramenti Cœnæ, & propriea de essentia: sed Beza loco panis & vini, si desint, alias res quæ ad panem & vinum analogiam quandam habent, admittit; corpus vero Christi & sanguinem, sicut & reliqui, planè excludit, & in tertium cœlum relegat. Consecratio, vi mandati Christi, non omittenda: sed hæc Anhaldinis, Idololatrica, & Antichristiana; imo nullius momenti ipsis est recitatio verborum super elementa, nec ad elementa, sed ad populum debere illa recitari, aut omnino omitti statuunt.

C.I. Sed quid de Adiaphoribus sentiunt: Altare ferre nolunt: privatas domos Sacramentorum distributioni inservire posse negant: panis figuram & accidens impugnant; tempus fractionis panis certum & fixum constituant; elementa in manus accipi, non per alium in os ingeri decernunt.

C.II. Quid ergo dices, differunt Calviniani & Pontificij? Parum certè, nisi quis velit dicere: Pontificios à dextra in partem præcepti exorbitare, quia cultus rationem affingunt: Calvinianos à sinistra in partem interdicti, quia mutant & abrogant summo cum furore Adiaphora. Mediij inter hos Lutherani liberū libere utuntur, & ita civiliq[ue] in ceremonijs retinent.

F I N I S.

824 Halle



sb

EO-BG
DAT 03.10.1

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

THE OLO-
TOME FOR-
ORDIAE
IX.

ONIIS
STICIS,

LY SERO

ato & Profess.
rio.

NTE

LY SERO

Saxone. [Leyser]
io. Iulij horis
6.

EGÆ,

NO, Anno 1611.

36

